

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4900

Auteur(s) : Gamelin Fortin, de Montaure [particulier]

Bénéficiaire(s) : Guillaume Danois, de Pont-de-l'Arche [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1259, février

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Gamelin dit Fortin vend à Guillaume dit Danois 7 sous et quatre chapons de rente à Montaure.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCXXXIII, p. 237-238.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Gamelinus dictus Fortin, de parrochia de Monteauero, vendidi et concessi et omnino dereliqui Guillelmo dicto Danoys, de Ponte Arche, septem solidos et quatuor capones annui redditus, quos Guillelmus Faber de Haia debebat michi annuatim : scilicet ad festum Sancti Michaelis septem solidos, et ad Nathale Domini quatuor capones, de duabus pechiis terre, sitis apud Le Hogart, boto ad botum, inter terram Romani de Monteauero quam tenet de Guillelmo dicto Danoys, ex una parte, et terram Martini dicti de Bonnere, ex altera ; recipiendos, et jure hereditario possidendos, predictos septem solidos et predictos quatuor capones de redditu predicto Guillelmo Danoys et heredibus suis, ad terminos antedictos, libere, quiete et pacifice, absque ulla de cetero mei vel meorum reclamazione heredum. Pro hac autem hujus redditus venditione et concessione dedit michi predictus Guillelmus Danoys quatuor libras turonensium de quibus michi plenarie satisfacit... in pecunia numerata. Licebit autem de cetero predicto Guillelmo Danoys et heredibus suis de predicto redditu, ut dictum est, omnem suam penitus facere voluntatem, sicut de suo proprio hereditagio, salvo tamen jure capitalium dominorum, et facere suam plenariam justiciam super predictas duas pechias terre pro redditu suo et emenda, nisi ad predictos terminos persolvetur. Et ego jamdictus Gamelinus et heredes mei predicto Guillelmo Danoys et heredibus suis predictos septem solidos et quatuor capones de redditu contra omnes gentes garantizare debemus, vel alibi, si necesse fuerit, in nostro proprio hereditagio, ubicumque sit, valore ad valorem, excambiare tenemur, et in futuris tenebimur. Et ut hoc firmum et stabile futuris temporibus permaneat, hanc presentem cartam ei feci et sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Domini M° CC° L° octavo, mense february.

Testibus hiis : Christophoro Karon ; Guillelmo Lebosqueron ; Stephano dicto Roussel ; Hugone Pie de Bois ; Ricardo Le Teulier, et pluribus aliis.